





26a

Faint, mostly illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text appears to be in a historical script, possibly Latin or German.



CHRISTOPHORUS PHILIPPUS RIGOLD.

Com. P. C. Prof. P. Facult. Jurid. Senior, & p. t. Decanus,

B. L. S. E.



On solùm naturalis, sed etiam civilis ratio suadet, ne alter alterum lædat, aut contrahendo decipiat, sed potiùs ut quisque suum

cuique tribuat. *Natura enim, ut ait Romani eloquii flos & fons, Cicero 3. offic. præscribit, ut homo homini, quicumque sit, ob eam ipsam causam, quod is homo sit, consultum velit. Quod si ita est, unà continemur omnes & eadem lege natura: idque ipsum si ita est, certè violare alterum lege natura prohibemur.* Ita quoque *leges nostræ præscribunt, ne alter*

alteri iniquam conditionem inferat. l. non debet. 74. ff. de R. J. & ne ex alterius malignitate alteri damnum emergat. l. ult. C. de acquir. & retin. possess. neque quis odio alte-

rius prægravetur. l. si quis suo 33. §. legis. 1. C. de inoffic. testam. Alterius enim factum non debet nocere alteri. l. de pupillo. 5. §. si plurium. 5. ff. de oper. nov. nunc. neque per

datum. 57. ff. mandat. Propterea variæ & competentes in jure nostro sunt proditæ actiones, quibus omnis jactura ab eo repeti potest, qui negligenter vel dolosè circa

rem alterius versatus est. d. l. ult. Et hæc petitiones actori in tantum competere, in quantum ejus interfuit, i. e. quantum ei abest, quantumque lucrari potuit, patet ex l.

si commissa. 13. ff. ratam rem hab. Non solùm enim in damno, sed etiam in lucro id, quod interest, statuitur. l. un. C. de sentent. que pro eo quod interest, profer. Ergò tam

abest, haberi debet ratio. l. proinde. 22. l. seq. & l. si servum. 33. ff. ad l. Aquil. & l. si ferilis. 21. §. cum per venditorem. 3. ff. de actionib. empt. Hinc in omnibus causis, in qui-

bus aliquid factum est quod fieri non oportuit, vel omisium, quod fieri debuit, ratione damni emergentis & lucri cessantis regulariter in id, quod interest agentis, petitio & condemnatio dirigi potest.

Donell. ad d. l. unic. c. 1. Petr. Gregor. lib. 21. Syntag. c. 10. Cum autem pro eo, quod interest, dubitationes antiquæ in infinitum productæ sint, veluti ex l. arbitraria. 2. §. nunc de officio. 8. ff. de eo quod

cert. loc. quodammodò apparet: Idcirco Sacratiss. Imp. Justinianus in modo dicta l. un. vel nova sua constitutione (qua ex 50. decisionibus Codici repetita & lectionis fuit inserta,) circa æstimationem vel taxa-

tionem certum modum præscripsit, quod in casibus certis, quisc. certam habent quantitatem, (certo pondere, numero, vel mensura consistentem,) vel naturam, (qualem fortiuntur certæ species &

certis, (inter quos referuntur obligationes facti à contrahentibus non æstimati. l. si quis 13. in fin. ff. de re judic. l. stipulationes. 72. & l. quotiens. 81. ff. de V. O. cautiones. d. l. si quis 13. in pr. l. fidejussor. 2.

§. ult. ff. qui satisd. cog. interdicta. l. 1. §. 5. ff. ne vis fiat ei. & l. 1. §. 41. ff. de vi & vi arm. Contractus vel qs. quorum obligatio in eo maximè consistit, ut aliquid fiat vel non fiat. Donell. in tr. de eo quod

interest. c. 6. obligationes ex delicto. l. ait lex. 21. ff. ad l. Aquil. & l. inficiando. 67. §. 1. ff. de furt.) omnis utilitas præstetur, quæ mihi abest, & quam consequi potuissem, nisi mihi damnum datum, vel

*lucrum interceptum fuisset. Et ita in Collegio nostro mens. Nov. An. 1619. ad requisitionem Pastoris zu Langenortla pronunciatum fuit: *Das euch N. den Pacht vollständig zu halten/oder im widrigen Fall das**

beweisliche Interesse, (do denn eure dahero erlittene Schäden/entzogene Nutzbarkeit/die schimpfliche und verächtliche Hindansetzung des Lehnherrn nicht unbillich in acht genommen wird,) neben denen uff

*hebliche Ursache auffgekündiget/da doch derselbe sich noch nicht geendet: So ist er euch entweder seine Zusage zu halten/oder im widrigen Fall das Interesse, Schäden und Unkosten zu ersatten schuldig. Eodem modo mens. April. 1632. J. G. zu Weymar/responsum fuit: *Hat der Rath euch den Dienst ohne ers**

dißten enim casibus incertis non potest simpliciter cognosci, nec certa quantitas definiri, cum quatenus cujusque interfit, in facto, non in jure consistat. l. quatenus. 24. ff. de R. J. Ergò ejus probatio &

cognitio necessaria est, quam postmodum definitio & declaratio discreti Judicis sequitur. Et quidem ad exemplum poenarum, quæ sicuti vel cum competenti moderamine proferuntur, vel à legi-

bus certo fine conclusæ statuuntur. d. l. unic. ita quoque condemnatio in id, quod interest, quod vel poena est, vel similitudinem ejus habet, moderari debet, ne in infinitum crescat. Quomodo autem

creditores propter summam probationis difficultatem, loco ejus, quod interest, plerunque certam poenam, vel quincunces usuras stipulari soleant, quas deinceps absque ulla probatione exigere va-

*lent. Ultra usuras verò nihil amplius loco ejus, quod interest, peti posse in Collegio nostro Anno 1618. mens. Decembr. decisum fuit: *Das über die Zins kein Interesse gefordert werden kan. Si vero credi-**

tores legitimis & hodie in multis recessibus Imperii determinatis usuris non contenti esse, sed probare velint, sua plura interesse, ad probationem admittuntur. Novell. Elector. Saxon. Augusti, constit.

30. p. 2. Et de hac materia, in interpretatione d. l. unic. (quam Bartolus aliq. Dd. difficillimam & profundissimam appellant,) plura publicè proponet Vir Juvenis antiquo genere, virtute, atq. juris scientia

Præclarus, Dn. FRIDERICUS ERNESTUS Knorr/Hallensis Saxo, de cujus vita paucula pro more subjiciemus. Natus is est mens. Septembr. Anno M. DC. XXX. Patre, Viro Amplissimo atq. Prudentissimo, Dn.

Friderico Knorr/ Reipubl. Patriæ Senatore & Salinatore præcipuo: Matre, Femina omnium virtutum decore perquam Præstanti, Maria, Viri Amplissimi & Prudentissimi, Dn. Andrea Glasers/Senatoris ibi-

dem & Salinatoris p. m. filia. Quanquam verò Parens mens. Octobr. An. 1633. diem suum obierit, eumque exitu quidem omnibus communi, ast intervallo non longè distincto, sc. Anno sequenti, ma-

ter secuta sit: paterno tamen auxilio & sollicitudine minimè destitutus, sed Tutorum, in primis verò Amplissimi atq. Prudentissimi Viri, Dn. Gottfried Knochens/prælaudata Reip. Gymnasiq. Camerarii,

& Salinatoris, indefessè operâ, in pietate & bonis moribus probè educatus, & præterea in celebri Gymnasio à Clariss. Dn. Christiano Gueinzio, tum temporis Rectore solertissimo, p. m. ejusq. successore

dignissimo, Dn. M. Friderico Chaleno, in linguis, liberalibus artibus & disciplinis philosophicis fidelissimè informatus fuit. Postmodum ad SS. Jurisprudentiæ studium animum applicuit, & ante

quinquennium huc se contulit, ubi non solùm lectiones publicas debita attentione visitavit, verùm etiam Collegio Institutionum Lectorio & Disputatorio, & postea Wesenbeciano lectorio, nec non Pande-

ctarum disputatorio Schnobeliano, sub directione Viri Nobiliss. Ampliss. atq. Consultiss. Dn. Ernesti Friderici Schröteri, J. U. D. & Prof. P. celeberrimi, Facult. Jurid. & Scabinatus Adfessoris gravissimi, Collegæ

& amici mei pl. honorandi, interfuit, & mens. Jul. Anno 1652. Disputationem publicam de Juris & facti Ignorantia, proprio Marte conscriptam, cum laude habuit. Denique in Collegio Disputat. Wesenbe-

ciano & Lectorio Feudali, sub præsidio Viri Nobiliss. Ampliss. atq. Consultiss. Dn. Georgii Adami Struvii, J. C. & Antecessoris celebratissimi, Consiliarii Saxonici, Curie Prov. Facult. Jur. & Scabinatus Adfes-

sores excellentissimi, Generi, Compatri, & Collegæ mei omni honore & amore suscipiendi, se strenuè exercuit, atque Disputationem publicam de Debitis Feudalibus masculè defendit. Triennio hic exacto, An.

1653. inchoatam Academiæ Lipsiensem, ut benè captum studiorum cursum feliciter absolveret, salutavit, ubi non minori studio tam lectiones publicas, quam Collegia privata, à Viro Magnifico, Nobilissimo,

Amplissimo, atq. Consultissimo, Dn. Quirino Schachern / Phil. & J. U. D. præclarissimo, Profess. P. Facultatis Juridicæ Seniore, supremi Appellat. Judicii Dresdensis, Consistoriiq. Lipsiensis Adfessore gravis-

simo, adornata frequentavit, & in ejusdem Collegio Practico sedulam navavit operam. Suafu autem & consilio Patronorum suorum Salanam nostram iterum accessit, nomenque suum in matricu-

læ Candidatorum referri, & pro consequendis in utroq. jure honoribus Tentamen sibi aperiri reverenter petiit. In quo optimè stetit, dignusque repertus fuit, cui ad reliqua specimina, secundum Facultatis


nostræ statuta, proximè edenda, aditus patefieret. Qua impetrata potestate, cras, DEO adjuvante, hora X. in Jctorum Auditorio, initium prædictæ suæ explicationis facturus est. Civilis itaque scientiæ Stu-


diolos & LL. Cultores lectissimos, ut in auscultando industriam atque benivolentiam suam probent, etiam atque etiam monemus, quibus vicissim in simili aut alio studiorum & officiorum genere

gratificabimur, & quod ipsis gratum honorificumque futurum erit, pro virili præstabimus. P. P. Jena Dominica Septuages. XI. Febr. Anno R. N. M. DC. LV.

Typis JOHANNIS NISII.







99 A 6917

ULB Halle 3
002 546 884



10

VJ 17 Retro ✓





CHRISTOPHORUS PHILIPPUS RIGOLD.

Com. P. C. Prof. P. Facult. Jurid. Senior, & p. t. Decanus,

B. L. S. E.

Non solum naturalis, sed etiam civilis ratio suadet, ne alter alterum lædat, aut contrahendo decipiat, sed potius ut quisque suum cuique tribuat. *Natura enim, ut ait Romani eloquii flos & fons, Cicero 3. offic. præscribit, ut homo homini, quicumque sit, ob eam ipsam causam, quod is homo sit, consultum velit. Quod si ita est, unâ continemur omnes & eadem lege natura: idque ipsum si ita est, certè violare alterum lege naturæ prohibemur.* Ita quoque leges nostræ præscribunt, ne alter alteri iniquam conditionem inferat. *l. non debet. 74. ff. de R. J. & ne ex alterius malignitate alteri damnum emergat. l. ult. C. de acquir. & retin. possess. neque quis odio alterius prægraveretur. l. si quis suo 33. §. legis. 1. C. de inoffic. testam. Alterius enim factum non debet nocere alteri. l. de pupillo. 5. §. si plurimum. 5. ff. de oper. nov. nunc. neque per dolum. l. palam. 3. §. item queritur. 4. & §. seq. ff. de doli mali & metus except. neque per negligentiam. l. alienus. 61. ff. ad l. Falcid. neque per errorem aut imperitiam. l. mandatum. 57. ff. mandat. Propterea variæ & competentes in jure nostro sunt proditæ actiones, quibus omnis jactura ab eo reperi potest, qui negligentem vel dolosè circa rem alterius versatus est. d. l. ult. Et hæc petitiones auctori in tantum competere, in quantum ejus interfuit, i. e. quantum ei abest, quantumque lucrari potuit, patet ex l. si commissæ. 13. ff. ratam rem hab. Non solum enim in damno, sed etiam in lucro id, quod interest, statuitur. l. un. C. de sentent. que pro eo quod interest, profer. Ergò tam damni emergentis, quod quis propter moram debitoris patitur, quam lucri cessantis aut intercepti, quod quis facere vel consequi potuit, eique factò vel culpa adversarij abest, haberi debet ratio. l. proinde. 22. l. seq. & l. si servum. 33. ff. ad l. Aquil. & l. si servilis. 21. §. cum per venditorem. 3. ff. de actionib. empt. Hinc in omnibus causis, in quibus aliquid factum est quod fieri non oportuit, vel omisium, quod fieri debuit, ratione damni emergentis & lucri cessantis regulariter in id, quod interest agentis, petitio & condemnatio dirigi potest.*

*Donell. add. l. un. c. 1. Petr. Gregor. lib. 21. Syntag. c. 10. Cum autem pro eo, quod interest, dubitationes antiquæ in infinitum productæ sint, veluti ex l. arbitraria. 2. §. nunc de officio. 8. ff. de eo quod cert. loc. quodammodò apparet: Idcirco Sacratiss. Imp. Justinianus in modo dicta l. un. vel nova sua constitutione (que ex 50. decisionibus Codici repetitis & lectionis fuit inserta,) circa æstimationem vel taxationem certum modum præscripsit, quod in casibus certis, quisc. certam habent quantitatem, (certo pondere, numero, vel mensura consistentem,) vel naturam, (qualem sortiuntur certæ species & certis,) (inter quos referuntur obligationes factæ à contrahentibus non æstimati. l. si quis 13. in fin. ff. de rejudic. l. stipulationes. 72. & l. quotiens. 81. ff. de V. O. cautiones. d. l. si quis 13. in pr. l. fidejussor. 2. §. ult. ff. quis satis. cog. interdicta. l. 1. §. 5. ff. ne vis fiat ei. & l. 1. §. 41. ff. de vi & vi arm. Contractus vel qs. quorum obligatio in eo maximè consistit, ut aliquid fiat vel non fiat. Donell. in tr. de eo quod interest. c. 6. obligationes ex delicto. l. sit lex. 21. ff. ad l. Aquil. & l. insciendo. 67. §. 1. ff. de furt.) omnis utilitas præstetur, quæ mihi abest, & quam consequi potuissem, nisi mihi damnum datum, vel lucrum interceptum fuisset. Et ita in Collegio nostro mens. Nov. An. 1619. ad requisitionem Pastoris zu Langenortla pronuntiatus fuit: *Das euch N den Pacht vollständig zu halten/oder im widrigen Fall das beweisliche interesse, (do denn eure dahero erlittene Schäden/entzogene Nutzbarkeit/die schimpfliche und verächtliche Hindansetzung des Lehnherrn nicht unbillich in acht genommen wird,) neben denen uff vorgehende Richterliche mäßigung verursachten Unkosten zu præsturen und zu erstatten schuldig. Eodem modo mens. April. 1632. J. G. zu Weymar/responsum fuit: Hat der Rath euch den Dienst ohne erdichtis enim casibus incertis non potest simpliciter cognosci, nec certa quantitas definiri, cum quatenus ejusque intersit, in facto, non in jure consistat. l. quatenus. 24. ff. de R. J. Ergò ejus probatio & cognitio necessaria est, quam postmodum definitio & declaratio discreti Judicis sequitur. Et quidem ad exemplum poenarum, quæ sicuti vel cum competenti moderamine proferuntur, vel à legibus certo fine conclusæ statuuntur. d. l. un. ita quoque condemnatio in id, quod interest, quod vel poena est, vel similitudinem ejus habet, moderari debet, ne in infinitum crescat. Quomodo autem hujusmodi probatio fieri possit, inter alios perspicuè exponunt Matth. Coler. de process. executio. p. 1. c. 10. n. 128. & seq. & Schneidew. ad §. ult. Inst. de V. O. n. 24. & seq. Hoc unicum addimus, quod creditores propter summam probationis difficultatem, loco ejus, quod interest, plerunque certam poenam, vel quincunces usuras stipulari soleant, quas deinceps absque ulla probatione exigere valent. Ultra usuras verò nihil amplius loco ejus, quod interest, peti posse in Collegio nostro Anno 1618. mens. Decembr. decisum fuit: *Das über die Zins kein interesse gefordert werden kan. Si verò creditores legitimis & hodie in multis recessibus Imperii determinatis usuris non contenti esse, sed probare velint, sua pluris interesse, ad probationem admittuntur. Novell. Elector. Saxon. Augusti, constit. 30. p. 2. Et de hac materia, in interpretatione d. l. un. (quam Bartolus aliq. Dd. difficillimam & profundissimam appellant,) plura publicè proponet Vir Juvenis antiquo genere, virtute, atq. juris scientia præclarus, Dn. FRIDERICHUS ERNESTUS Knorr/Hallensis Saxo, de cujus vita pauca pro more subjiciemus. Natus is est mens. Septembr. Anno M. DC. XXX. Patre, Viro Amplissimo atq. Prudentissimo, Dn. Friderico Knorr/Reipubl. Patriæ Senatore & Salinatore præcipuo: Matre, Fæmina omnium virtutum decore per quam Præstanti, Maria, Viri Amplissimi & Prudentissimi, Dn. Andreae Glasers/Senatoris ibi-ter secuta sit: paterno tamen auxilio & sollicitudine minimè destitutus, sed Tutorum, inprimis verò Amplissimi atq. Prudentissimi Viri, Dn. Gottfried Knochens/prælaudatæ Reip. Gymnasiq. Camerarij, dignissimo, Dn. M. Friderico Chaleno, in linguis, liberalibus artibus & disciplinis philosophicis fidelissimè informatus fuit. Postmodum ad SS. Jurisprudentiæ studium animum applicuit, & ante ætarum disputatorio Schnobeliano, sub directione Viri Nobiliss. Ampliss. atq. Consultiss. Dn. Ernesti Friderici Schröteri, J. U. D. & Prof. P. celeberrimi, Facult. Jurid. & Scabinatus Adfessoris gravissimi, Collegæ ciano & Lectorio Feudali, sub præsidio Viri Nobiliss. Ampliss. atq. Consultiss. Dn. Georgii Adami Struvii, J. C. & Antecessoris celebratissimi, Consiliarii Saxonici, Curie Prov. Facult. Jur. & Scabinatus Adfessoris excellentissimi, Generi, Compatri, & Collegæ mei omni honore & amore suspiciendi, se strenuè exercuit, atque Disputationem publicam de Debitis Feudalibus masculè defendit. Triennio hic exacto, An. 1633. inchoatam Academiæ Lipsiensem, ut benè captum studiorum cursum feliciter absolveret, salutavit, ubi non minori studio tam lectiones publicas, quam Collegia privata, à Viro Magnifico, Nobilissimo, Amplissimo, atq. Consultissimo, Dn. Quirino Schachern/Phil. & J. U. D. præclarissimo, Prof. P. Facultatis Juridicæ Seniore, supremi Appellat. Judicii Dresdensis, Consistoriiq. Lipsiensis Adfessore gravissimam Candidatorum referri, & pro consequendis in utroq. jure honoribus Tentamen sibi aperiri reverenter petiit. In quo optimè stetit, dignusque repertus fuit, cui ad reliqua specimina, secundum Facultatis nostræ statuta, proximè edenda, aditus patefieret. Qua impetrata potestate, cr. as, DEO adjuvante, hora X. in Jctorum Auditorio, initium prædictæ suæ explicationis facturum est. Civilis itaque scientiæ Studii gratificabimur, & quod ipsis gratum honorificumque futurum erit, pro virili præstabimus. P. P. Jenæ Dominica Septuages. XI. Febr. Anno R. N. M. DC. LV.***

Typis JOHANNIS NISII.